

In alia compositione, ergo non potest negatio posita inter partes dicti destruere modum

**Querit** Quare per Hispanum non facit materiam de conversione, ponit modalitatem. Unde quod ideo quod propositio modalis eodem modo convertitur sicut ille de inesse et hoc intel ligit per premissa et non solum se totas, quod solum convertuntur sicut dicitur sed sic non est de equipollentia et oppositio modalium quare specialiter habet de eis determinat. Est tamen verum quod equipollentia modalium habet aliquam similitudinem cum equipollentia illarum de inesse quod sicut in istis propositio cui propositio negatio equipollent suo contradictorio sic propositio modalis cuius negatio ponitur ad modum equipollent suo contradictorio, ut sicut ista propositio de inesse non omnis homo currit equipollent huic quodammodo non currit, sic ista forte currere non est possibile equipollent huic fortem currere est impossibile

Et sciendum quod unusquisque istorum quatuor modorum facit quatuor propositiones modales, et cum quatuor sunt modi erunt quatuor quatuor propositiones, et sic sunt secundum propositio in toto. Verbi gratia, iste modus qui est possibile si sumatur sine negatione facit unam propositionem modalem, ut fortem currere est possibile. Si sumatur cum negatione posita ad verbum facit secundam propositionem, ut fortem non currere est possibile. Si sumatur cum negatione posita ad modum facit tertiam propositionem, ut fortem currere non est possibile. Si sumatur cum negatione duplici una posita ad modum et alia ad verbum facit quartam propositionem, ut fortem non currere non est possibile. Et sic secundum unumquemque istorum modorum sumuntur quatuor propositiones. Harum autem propositionum equidolentie siue consequentie quatuor regulis cognoscuntur. Prima regula est talis. Quicumque dicto affirmato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens ab eodem remouetur impossibile et ab eius contradictorio opposito remouetur necesse. Secunda regula est talis. Quicumque dictio negato attribuitur possibile, eidem attribuitur contingens ab eodem remouetur impossibile et ab eius contradictorio opposito remouetur necesse. Tercia regula talis est. Quicumque dicto affirmato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens et eidem attribuitur impossibile, et eius contradictorie opposito attribuitur necesse. Quarta regula talis est. Quicumque dicto negato remouetur possibile, ab eodem

remouetur contingens, et eidem attribuitur impossibile, et eius contradictorio opposito attribuitur necesse. Omnes autem ille propositiones que sunt in prima linea equipollent et conuertuntur inter se per primam regulam. Que in secunda per secundam; Que in tertia per tertiam. Et que in quarta per quartam

Postquam Petrus Hispanus determinauit de modalibus quo ad eorum entiam consequenter determinat de eis quod ad passionem seu proprietatem eorum quod sunt equipollentia et oppositio et primo ponit unum preambulum sibi valens ad equipollentiam de multiplicatione propositionum modalium penes situm negationis, ut patet in littera.

**Lunci** (Harum autem) Petrus Hispanus episcopus dicto notabili infer regulas de equipollentibus modalibus, dicens quod equipollentie propositionum modalium cognoscuntur quatuor regulis. Quarum prima est eademque dicto affirmato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens, et ab eodem remouetur impossibile et ab eius contradictorio opposito remouetur necesse, et significatur per Simabimus, et omnes sunt particulares affirmatiue. Et est ratio regule, quia possibile et contingens conuertuntur, ergo quicquid attribuitur uni et alteri, sed possibile et impossibile contradicuntur, ergo habent se opposito modo quia posito uno contradictorium remouetur reliquum, et quia possibile habet se indifferenter ad esse et non esse, igitur si aliquid de eorum sit possibile potest quandoque verificari et contradictorium dicti potest esse falsum, ideo si alicui dicto attribuitur possibile ab eius contradictorio opposito remouetur necesse.

**Querit** An quilibet modum possunt formari quatuor propositiones. Dicendum quod sic, quia prima est affirmatiua de dicto et modo, secunda est negatiua de dicto tantum, tertia est negatiua de modo tantum, quarta est negatiua de dicto et modo simul, sicut Petrus Hispanus exemplariter declarat in tertio

**Si** in unum modum sunt infinite propositioes modales, non sunt quatuor. Unde quod si in quolibet modum preter fieri infinite propositioes in numero non tamen in specie quod sic non sunt plures propositioes quam quatuor et de tali multiplicatione est hic ad propositum.

**Si** non possunt infinite propositioes fieri in numero si modus. Assumptum probatur, quod quod sunt extrema finita necesse est media et finita ut patet primo prosteriorum, sed in modis siue speciebus que se habent pro modum extremi est finitas, ergo non possunt siue numerum in infinitum multiplicari. Et hoc ex alio confirmatur quod intellectus non potest cognoscere infinita quod intelligere actus finitus est, ergo etiam non possunt fieri infinite propositiones, consequentia probatur, quia per actum intellectus causantur propositiones ut dicit Aristoteles primo peribermenis. Ad hoc dicendum quod licet in communi sunt specificata modorum sit finitas, tamen illa non impedit infinitatem numeralem. Et ad confirmationem videtur quod non sunt infinite siue actus sed bene siue potentia et tale per intellectus intelligere quod unumquemque intelligit siue per actum et siue illa est finitas in qua per intellectus actus sunt